

Kirchliches Verordnungs-Blatt

für die

Lavanter Diöcese.

Inhalt: I. Bekanntgabe der Ordinanden und der Ordinationstage. II. Adresse der österreichischen Bischöfe an Papst Pius IX. zur Feier seines fünfzigjährigen Bischofsjubiläums. III. Ministerial-Verordnung betreffend die Bewirthschaftung der Pfründen-Waldungen. IV. Ministerial-Verordnung betreffend die Zahl der Lehrstunden für den Religions-Unterricht. V. Statthaltereiverordnung betreffend das Pöllerschießen bei festlichen Gelegenheiten. VI. Anempfehlung des Gebetbüchleins für Firmlinge: „Spomin na sv. birmo“. VII. Anempfehlung einer Broschüre betreffend die Stapultir-Bruderschaft. VIII. Diözesan Nachrichten.

I.

Mit Bezug auf die Ordinariats-Erlässe ddo. 5. Juni 1854 Nr. 1922/3 und ddo. 31. Mai 1855 Nr. 1043/4 und in Gemäßheit der Anordnung des heil. Concils von Trient (sess. 23. cap. 5.) werden hiemit die Namen der heuer zu den höheren heil. Weihen zu befördernden F. B. Lavanter Alumnus zu dem Zwecke mitgetheilt, daß dieselben an dem den Ordinationstagen zunächst vorhergehenden Sonntage dem gläubigen Volke von der Kanzel mit der Aufforderung bekannt gegeben werden, Gott um gute, berufstreue Priester zu bitten und falls Jemand gegen die nachbenannten Ordinanden mit Grund etwas vorzubringen hätte, es nicht zu verhehlen.

Aus dem IV. Jahrgange die Herren: Nedeljko Johann, geboren zu heil. Kreuz bei Luttenberg; Slavič Franz, geboren zu heil. Kreuz bei Luttenberg.

Aus dem III. Jahrgange die Herren: Heber Franz, geboren zu Großsonntag; Majeen Ferdinand, geboren zu St. Wolfgang in W. B.; Oegerl Jakob, geboren zu St. Jakob in W. B.; Pernat Anton, geboren zu Birkoviz.

Die Ertheilung des Subdiaconates findet am 18., jene des Diaconates am 20. und des Presbyterates am 22. Juli l. J. statt.

II.

Sanctissimo Domino Nostro Pio PP. IX.

Pontifici Maximo Quinquagesimum Diem Anniversarium Episcopalis Suae Consecrationis Celebranti Sacrorum Antistites Imperii Austriaci.

Beatissime Pater!

Qui copiosa Tibi ab incunabulis divinae suae providentiae pignora praebuilt, adactis jugiter coelorum donis non obscura praedestinatae Tuae ascensionis manifestavit auspicia. Quo cautius enim, quum Dominum elegisses partem hereditatis Tuae, delitescere in domo Ejus ac prorsus nesciri voluisti, tanto excellentiorem Tibi viam monstravit, et magna facere decrevit, qui potens est et sanctum Nomen Ejus. —

Disposito suavissime sacerdotali cursu Tuo ecce sacerdotem magnum Te constituit, et mirifica Spiritus s. consecratione per effusam sacerdotii plenitudinem corroboravit, ut quanto fragiliores Tibi videbantur humeri ad portanda Episcopatus Tui onera, tanto gratior plebs Tua, Pastoris sui brachio forti munita, Te ducem et pugnatorem testaretur virtute indutum ex alto. — Quumque honorum auctor et omnium dignitatum distributor Te pluribus ab annis probatum crescere fecisset in plebem suam, pastoribus aequae ac gregibus gratificaturus Te elegit visibilem Ipsius Jesu Christi

Vicarium, legitimum B. Petri heredem, universae Ecclesiae Patrem et Pastorem superaddens plenitudini sacerdotii Tui alteram, muneris videlicet ac potestatis plenitudinem, augensque sacri Episcopalis Tui ministerii ornamenta magnifico diademate et indumento Summi Sacerdotis, in cujus veste poderis totus orbis terrarum! —

Confestim accinctus sicut gigas ad currendam viam Tuam asperam et dumosam nimis, fide atque zelo Tuo pariter ac provido Dei auxilio numquam deficiente, tot inter diurni Pontificatus Tui vicissitudines mirabile consecutus es iter, serviens praeceptis Ejus, ut inveniaris illaesus in aquis validis. Certaturo enim pro lege Dei usque ad mortem, continua et mira etiam opis divinae documenta neque defuerunt unquam neque ad finem usque deesse poterunt; quia dum Ipse consolari in servis suis non renuit, semper eos aucta consolationis suae dulcedine recreare contendit. Et vel ideo Tibi quoque, Beatissime Pater! identidem praebeuit memoriam mirabilium suorum misericors et miserator Dominus! —

Pretiosum sacerdotalis ministerii Tui exeunte semisaeculo Jubilaeum, piissimis orbis catholici votis concelebratum, mox alterum excepit insolitum plane communis exultationis argumentum; quum nempe vigesimus et quintus illuxisset natalitius ille provectionis Tuae dies, in quo sicut sacram beati Petri hereditatem suscepisti, ita etiam annorum Ejus in Romani Pontificatus diuturnitate Te consortem salutavimus. In quo novo prorsus ac singulari divinae dignationis dono Tibi collato, quin ullum in fastis Summorum Pontificum praecesserit hujusmodi exemplum, adorandam agnovimus dispositionem Omnipotentis et Clementissimi Dei, Tibi nobisque tanto mirabilius gratificantis, quanto plures undique post tam adversas injuncti ministerii vices novissime Tibi accrescunt pro Deo et propter Deum injuriae et persecutiones, dolores et angustiae. Quamvis idcirco, quem a susceptis Ecclesiae gubernaculis lapso quinario lustrorum numero gratulabundi convenimus, diem suum tantopere memorialem in captivitate egisse justa compassione luxerimus: animum tamen despondere omnino nefas fuisset; quatenus Ille Ipse, qui Pontificatus Tui primordia, repudians iniquorum applausum Tuis potius in exilio gemitibus, sed etiam apertis superni praesidii sui signis consecranda statuit, Te annorum quidem pondere, ast nullo unquam muneris agone senescentem nec in vinculis dereliquit.

Id ipsum ut continuato inexhaustae benignitatis suae testimonio firmare dignaretur, fervidae totius Ecclesiae preces contendebant.

Jamque promicantem ab alto salutamus diem anniversarium assumptionis Tuae in Ordine Episcoporum auspicatissimum, quo videlicet tum congesta per quinquaginta annos Episcopalis consecrationis munera Tua, tum universi gregis Dominici ardentia desideria complebuntur. Quo pariter rarissimo Pontificalis dignitatis Jubilaeo Tibi Beatissime Pater! obveniente magnifice revelantur opera Dei, nullis neque impedimentis vincenda neque carceribus coercenda.

Profecto qui in aedibus S. Petri ad vincula consecrationis testes sublevato ad onus Episcopatus multos pariter ac faustos annos Tibi adprecabantur, vix illa divinae Providentiae arcana consilia praesagire poterant, quae per Episcopalem Tuam coram catenis divi Petri sponsonem praemonstrata et per utrumque Tuum cum eodem Apostolorum Principe consortium — in officiis aequae ac in vinculis — explicata reperiuntur.

Dum autem omnia et singula, quae abhinc in Episcopali et Pontificio munere Tuo tum prospera tum adversa evenerunt pia meditatione recolis, multiplicatas Deo laudes Tuas cordisque gratissimi hostiam litaturus: eidem dulcissimo officio quasi suo respondere populus quoque Christianus compellitur; quia quae Tibi Deo disponente sortes ceciderunt in praeclaris, sibi etiam contigisse bene profitetur.

Qualis videlicet in Apostolico officio Tuo fuerit gratiae divinae et cooperationis Tuae concentus, peracta decem lustrorum opera et sacrificia affatim loquuntur.

Coelestis Paracliti unctione donatus, quae in caput Tuum influxit et totius cordis viscera penetravit, Ejusdem virtute in interioribus repleti et in exterioribus circumtegi, assiduis precum et laborum libaminibus promeruisti. Abundavit in Te constantia fidei, puritas dilectionis, sinceritas pacis. Speciosi munere Tuo erant pedes Tui ad evangelizandum bona Domini. Sollicitudine impiger, spiritu fervens, odisti superbiam, humilitatem et veritatem dilexisti, neque eam unquam deseruisti, nec laudibus nec timore superandus. Non posuisti lucem tenebras, nec tenebras lucem; non dixisti malum bonum, nec bonum malum. Sapientibus et insipientibus debitor perfecisti ministerium reconciliationis in ostensione spiritus et virtutis. Qui autem cathedram Episcopalem Tibi tribuit ad regendam Ecclesiam Tuam et plebem commissam, Ipse Tibi erat auctoritas, potestas et firmitas. Imposita Tibi Antistiti et agonistae galea salutis, veritatis adversariorum impugnator apparuisti terribilis et robustus; pastoralis officii baculo provisos in corrigendis vitiis inventus es pie saeviens, in fovendis virtutibus auditorum animos demulcens, in tranquillitate severitatis censuram non deserens.

Ex quo autem illibate custodito Episcopatus Tui sacramento Piscatoris annulum accepisti, Sponsam Dei sanctam videlicet Ecclesiam cum ipso vitae dispendio tueri non desistis, quippe quam ab initio veluti Tabernaculum portare et munire didicisti excelsi ministerii Tui ornatu sancto, praedicatu divino, exemplo perfecto. —

Pontificatus Tui annales comprehendunt periodum gravissimam, prodigiosis plane eventibus refertam, cui spectato potissimum peculiari Evangelii atque Ecclesiae conflictu cum mundo maligno vix alia a saeculis aequiparari potest.

Quae pridem etiam, profusa saeculi iniquitate semper repetitis quidem ausibus, attamen sparsim contra Christum Ejusque Ecclesiam movebantur firmiter aedificatam, bene fundatam supra firmam petram: amodo unitis Inferni ejusque satellitum viribus ad infringenda miserationis divinae consilia ubicunque fere et impune renovantur. Quae alias caute occultato fidei et veritatis odio, clamque propinato seductionis veneno mortifera haereseos et apostasiae dogmata intrudebantur, manifesto jam impietatis systemate atque vaferriimo hodierni aevi apparatu super tecta praedicantur. Quae prius retardatis quodammodo gressibus ob gravitatem facinoris exoptabili et sacratissimo Ecclesiae Apostolatui impedimenta atque insidiae struebantur: protuberante infidelitatis segete nullam moram pati videntur, ideoque duplicata moliminum celeritudine perficiuntur.

Novis in dies deviae scientiae portentis et exitiosis doctrinis mentes moresque in discrimen vocantur; ambitioso venalis eloquentiae mendacio illudere populis et dominari praesumunt illi, quos vetusta erroris et peccati servitus tenet. Non amplius unam alteramve Evangelii legem veluti durum sermonem perhorrescunt, sed totum perinde salutiferae Repemtionis praeconium omnino importunum et fastidiosum renunciant. Non quosdam fortasse in vinea Domini surculos succidere ambiunt, qui illam ipsam penitus eradicandam esse christinae societati suadere non erubescunt. Non paucos tantum odisse Christi ministros conjuratis Ecclesiae impugnatoribus sufficit, qui non nesciunt, collatam divinitus Sacerdotio sacram potestatem maximopere obstare, quominus cujuslibet ordinis et auctoritatis fulera evertantur, ideoque nihil potius exoptant, quam ut expuncto quantocius Cleri nomine et munere ipsa etiam ejus memoria deleatur. Ne autem venturo machinationis suae exitu detestabili et sanguinis effusione maculari videantur, novam excogitarunt artem debellandi Ecclesiam ejusque Leviticam militiam; lentum quidem et incruentum passim importarunt martyrium, ast ipsa caede horribilius, cujus quanta sit ferendi vis, cautissima iniquitatis versutia celare norunt, adeo ut si fieri posset, in errorem inducerentur etiam electi. Nullam ideo respuentes fallaciam, accurate disposita perfidae suae artis disciplina, mundum decipere minime verentur. Specioso progressus praetextu juventutem sibi solis vindicant erudiendam, familiam asserunt suo demum patrocinio beandam; reapse tamen novellum Ecclesiae examen secluso divino Paedagogo perdere, castum connubium affectata humanitate profanare nituntur; quo certius subinde fractis sacerrimis domesticae salutis cardinibus, utriusque reipublicae fundamenta periculosus ictibus feriantur.

Eadem fraudulenta juris tuendi et libertatis vindicandae specie Ecclesiam catholicam injustae laesionis jurium saecularium ream, libertati omnino inimicam atque civilis potestatis et

auctoritatis aemulam denunciant, qui Eam tutissimum potius juris et genuinae libertatis fulcrum probatumque cujuslibet potestatis et auctoritatis, quae a Deo est, vindicem esse et sciunt et aegre ferunt; quoniam nullam nisi eam, quae carni patrocinator, auctoritatem agnoscentes, proculcatis Ecclesiae juribus, ipsam etiam civilis magistratus jurisdictionem coercere et ordinatae auctoritatis regimen destruere sibi proposuerunt.

Nefandis, quas perfidi invenerunt, juris et officii fictionibus provisi et caligantis saeculi debilitate adjuti, nil intentatum relinquunt, ut indefesso suo conspirationis studio alligasse Verbum Dei, divinum Ecclesiae ministerium pedetentim sustulisse, sacrorum Antistites eorumque comministros brachio saeculari subjugasse, Regularium familias exterminasse, Clerumque omni jure, libertate et ecclesiastico patrimonio orbatum ad incitas redegissem, faucibus sacrilegis gloriari queant. Et quia haud ignorare possunt, quae sit in gubernanda et tuenda Ecclesia catholica indeficiens Sanctae Sedis Apostolicae virtus et auctoritatis: in hujus potissimum oppugnatione odio prorsus implacabili debacchantur, omnesque scelestissimae industriae suae nervos intendunt ad obturandam vocem istius magisterii, incorruptae veritatis juris et justitiae perpetui assertoris, ad praecedendum navigii clavum et ancoram, ad tollendam, si fieri posset, petram, super quam Christus aedificavit Ecclesiam suam.

In tanta omnium scelerum et periculorum colluvie ad Te Sanctissime Pater! mirantes levamus oculos nostros, qui revera „Crucis de Cruce“ Pontificatum sortitus, ab ipso Tuo introitu sine ulla requie operando collectaris et collectando operaris.

Quae Tua fuerit et perpetua sit in custodiendo fidei deposito vigilantia, in asserendo jure divino humanoque invicta firmitas, in detegendis seductorum callidis artibus provida sollertia in proeliandis proeliis Domini fortitudo et constantia: etsi ex Tuae humilitatis voto Christifideles silere vellent, ipsi adversarii, tanto Tuo robore perterriti, invito commotionis suae testimonio pandunt. Non enim unquam quieverunt oculi Tui, os Tuum non conticuit. Vox Tua penetrabilis in virtute et magnificentia Domini confregit cedros, concussit desertum, revelavit condensa. In omnem terram exivit sonus Tuus, et in fines orbis terrae verbi Tui praeconium. Qui maluisti evangelizare pauperibus et sanare contritos corde: potentibus et dominantibus pariter, divini eloquii consilium frustrantibus, impavide resistere nosti, atque falacissimos etiam superbiorum errores gladio spiritus, quod est Verbum Dei, confixisti. Doctrina Tua spiritualis medicina populo Dei; odor vitae Tuae delectamentum Ecclesiae Christi! Singularem Tuo Pontificatui splendorem addiderunt restitutio Hierarchiae in pluribus regnis, erectio permultarum Sedium Episcopaliurn et Archiepiscopaliurn in remotissimis etiam regionibus, definitio dogmatica Immaculatae Conceptionis Beatae Mariae Virginis et prima post plura saecula celebratio Concilii Oecumenici editaeque in eo constitutiones dogmaticae de Fide Catholica et de Ecclesia Christi.

Stupendis autem suscepti laboris ad incrementum Ecclesiae monumentis, quae in tabulis exacti Tui gubernii et ministerii commemorantur, innumera etiam continui sacrificii Tui Apostolici stigmata accesserunt.

Non minora profecto his, quae coelo quadamtenus sereniore perfecisti, summi pretii merita in perferendis tormentis collegisti, hisque et vinculis Tuis praecipuam sanandi et salvandi virtutem inesse securi confidimus. Admisit Dominus in Te impias manus furentium, quae tamen dum proprio incumbunt sceleri, contra voluntatem suam coguntur famulari Redemptori.

Quapropter, licet oculis lacrimantibus Te Patrem nostrum doleamus collectationum sarcina pressum et onustum, pessimis malignantium et simulatorum consiliis vexatum et traditum, spoliatum et subsannatum: Tuae tamen insuperabilis patientiae dono et inconcussi roboris exemplo summo opere erigimur; quumque Te novis de coelo coronis ornandum spectamus, appropinquante die Tuo ter quaterque festo lugubres vestes mutamus, profusis cum orbe terarum gaudiis exsultaturi.

Accipe, Sanctissime Pater! quas tali ac tanta Tui Pontificatus sollemnitate dignas promere congratulationes gestiunt corda, accipe quaesumus, quae cum Clero et populo nostro ad excelsum Tuum Solium sincerissima pietatis et gratitudinis vota deferimus.

Trino fidelissimi Tui ministerii Jubilaeo in atriis Domini potitus, prospere procedere, et regna propter veritatem et mansuetudinem et justitiam Tuam. Perge Pontifex Maxime! quem saecula laudabunt virum fidelem Domini sui custodem, perge clamamus angurantes, consueto Tuo senescere nescio vigore Sanctuarium Dei custodire, acquisitam sanguine Agni hereditatem tueri, fortiter tenere creditas Tibi claves regni coelorum! Perge strenuissime excubitor pastorem Beati Petri speculam glorificare vigiliarum Tuarum copiosis fructibus et meritis, perge gnaris manibus, Auguste rector navis! spumantibus etiam undis ventisque invidis robusto remigio veloque dominari, et jactatos Pelagi procellis solari, quos Tibi dedit Dominus fausto navigio deferendos; perge Pastor bone! pascere gregem Tuum multiplicato orationis, verbi et exempli Tui pabulo, qui ipsam etiam animam Tuam proposuisti ponere pro ovibus Tuis! Et quia fandi nobis copia deficit, qui cuncta Tibi bona et desiderabilia adprecamur: sublevatis ad coelum oculis exoramus Patrem misericordiarum et Deum totius consolationis, ut toleratos tot annorum serie labores et dolores Tuos mirifico suae benedictionis rore fecundare atque superabundantem suam gratiam in Te diffundere dignetur, cujus praesidio felicissime perficias, quae Tibi locutus est Dominus, donec Tibi dicet: Ingredere in requiem meam.

Dum autem uno corde et ore filialis amoris vota nuncupamus, minime nobis temperare possumus, quin simul peroptato communis gratitudinis officio satisfaciamus. Dignum enim et justum profiteamur, profundissimas Tibi cum universo orbe catholico gratias agere, quem in tanto rerum discrimine clarissimum ducem et charissimum Patrem nobis datum piissime veneramus, quem immaculato vitae candore et summo virtutum splendore non minus ac Apostolici Primatus suprema dignitate atque eminentia coruscantem cernimus, quem tantas inter molestias totque saevientes tempestates vultu sereno, fide intrepida, corde magno sacerrimi sui muneris partes custodientem, usque ad vincula laborantem, atque Christi passionibus communicantem admiramur, ideoque laudibus gratissimis extollimus.

Hujus Tibi gratitudinis nostrae tesseram oblaturi, innovatam dedicamus salvificae communionis et canonicae obedientiae nostrae professionem.

Cum enim tale sit vinculum unitatis, quo suis Episcopis greges concrediti, Episcopi autem Summo Pontifici beatissimo Ipsius Jesu Christi vicario adunantur, ut merito cum sanctis Patribus profiteamur unum atque indivisum Episcopatum, cujus a singulis in solidum pars tenetur: nullam prorsus corda nostra aemulantur aliam orthodoxae fidei cautionem atque Episcopalis nostrae consecrationis sanctionem et virtutem, nisi quae per intimam ac perpetuam nostram communionem cum Sancta Sede Apostolica indubie probatur, augetur et perficitur. Universo proinde, non tantum Clero et populo nostro, sed etiam orbi terrarum solemnissime testatum esse volumus, nos in vera et catholica fide fundatos reperiri, quoniam arcissimo nos fidei et fidelitatis vinculo Cathedrae beati Petri junctos testamur, unde per diversas mundi regiones puri latices Capitis incorrupti manant. Quam Tu, Sanctissime Pater! supremus depositi custos et vindex illibatum castae fidei professionem tenes atque doces, eandem nos quoque inviolabili sacramento tenemus, asserimus et propugnamus; quos Tu damnabiles errores ad evertendam fidem et salutem inventos, atque nostro potissimum saeculo sine verecundia grassantes detestaris et rejicis, eosdem una Tecum voce horrendos renuntiamus, rejicimus et condemnamus. —

Unius autem ejusdemque fidei et salutis thesaurum Tecum communicantes, alterum quoque proferimus hujusmodi piaae aemulationis documentum, videlicet quam Tibi Summo Pontifici, totius Ecclesiae Patri et Pastori, Capiti et Rectori debemus, religionis, obedientiae atque fidelis cooperationis nostrae sponsonem.

Ad quam iterum eliciendam, nisi nos Episcopalis Jubilaei Tui sollemnia invitarent, provocant omnino urgentque vincula Tua, frementis adversus Dominum et Christum Ejus inobedientiae, irreligionis et rebellionis testes.

Dum itaque Consecrationis Tuae diem admodum memorialem celebraturi collati nobis ipsis ejusdem doni munerisque Episcopalis grati recordamur: novum e resuscitatione hujus gratiae

animum sumere desideramus, et vel ideo juramenti quoque memores sumus, a quo pignorum coelestium super nos effusio sumpsit exordium.

Idcirco sicut a principio, sic nunc et semper fideles et obedientes erimus beato Petro Apostolo, sanctaeque Romanae Ecclesiae et Domino nostro Pio IX. suisque Successoribus canonice intransibilibus. Papatus et Regalium sancti Petri adjutores erimus in iis defendendis contra omnem hominem. Jura, honores, privilegia et auctoritatem sanctae Romanae Ecclesiae et Summi Pontificis conservare, defenderere, augere et promovere curabimus. Regulas sanctorum Patrum, decreta, ordinationes seu dispositiones, reservationes, provisiones, et mandata Apostolica totis viribus observabimus et ab aliis observari collaborabimus.

Quumque luctuosissimis diebus nostris filii perditionis eo devenerint, ut irrequieta nocendi cupidine delirantes, postposita etiam terrestri societatis Christianae salute et tranquillitate, projecto cujusvis auctoritatis solutari subsidio, supina impudentia progrediantur in destruendis Sanctae Sedis juribus et praerogativis, in opprimendo libero Apostolici muneris Tui exercitio, in delenda per usurpatum nefarie Patrimonium Petri et civilem Tuum principatum spirituali etiam, si fieri posset potestate et Auctoritate Tua: tantis Tecum afflicti injuriis voces nostras cum virili protestatione extolimus, sacrilegas juris atque immunitatis ecclesiasticae violationes, temporalis Tui dominii invasiones, supremae Tuae auctoritatis et divinitus collatae potestatis laesiones, aliasque malignas Ecclesiae et Sanctae Sedis offensiones damnamus, detestamur et abominamur. Et haec quidem abominatio singulariter novum spectat ausum, quem in allocutione die XII. mensis Martii proxime elapsi habita notasti, quum usurpatores Principatus Tui terreni falsissimo „Cleri abusibus occurrendi“ titulo etiam vocis Tuae Apostolicae libertatem de medio tollere aggrediuntur. Sane, ut Ipse dixisti „aut supremus Princeps, aut captivus“ est Romanus Pontifex. Nolumus captivum, volumus ergo supremum etiam in temporalibus Principem Pontificem, adeoque omni quo possumus, legitimo modo ad hunc Principatum restituendum eluctabimur. Et quia fieri nequit, ut in discrimen veniat Summi Pontificis Apostolica auctoritas, quin simul non tantum Episcoporum eorumque comministrorum, sed etiam cujusque alterius nominis et ordinis salutaris operatio et auctoritas periclitetur: nostram profecto, quinimo causam omnium bonae voluntatis hominum communem agendam suscipimus, si pro Sede et Cathedra Tua ad mortem usque nos pugnatueros esse, Urbi et Orbi denuo annutiamus.

Te nos et munere et exemplo, dictis et factis praeunte unanimes procedemus in nomine Domini, consummaturi ministerium nostrum in prosperis et adversis; Tuis adhaerentes vexillis fideles Tibi adstabimus agri Dominici custodes et cultores, laborum et dolorum Tuorum zelosi socii, in campo certaminum Cleri populiue nostri fortes Praesulus, vigiles duces et monitores, sacrorum Antistites, in fronte aciei bene ordinatae ad extrema proeliaturi. Tu fretus spe divini auxilii dixisti in abundantia cordis et Apostolicae virtutis: Non movebor in aeternum! Item et nos clamamus opem divinam praestolantes: Non movebimur in aeternum! Tu per annos palam profiteris dicens: Dominus illuminatio mea et salus mea, quem timebo? Si consistent adversum me castra: non timebit cor meum! Fidem Tuam sequentes, respondemus: Dominus protector vitae nostrae a quo trepidamus? Si exurgat adversum nos proelium, in hoc nos sperabimus. In petra exaltavit Te et exaltabit caput Tuum super inimicos Tuos; in eadem petra nos quoque congregavit, ideoque credimus videre bona Domini in terra viventium.

Hanc fidei et firmitatis gratiam a Deo potentissimo auxiliatore enixis precibus postulantes cum orbe catholico pietatis obsecrationibus sine intermissione fuis, precamur Deum Patrem Omnipotentem, ut Te de manibus inimicorum et filiorum alienorum, quorum os locutum est vanitatem et dextera eorum dextera iniquitatis, salvaturus antiqua brachii sui operetur miracula, ad se rebelles etiam convertat voluntates, atque sublata periculorum formidine tempora det sua protectione tranquilla.

Qui ab Episcopali Tua consecratione multos plurimosque Tibi Beatissime Pater! annos dedit: quos addere Ei placebit, tribuat quaesumus, ut sint Tibi nobisque anni copiosae Redemptionis et auspicae salutis!

Apostolicam Benedictionem devotissime petentes subscripsimus

mense Aprili, anno Domini MDCCCLXXVII.

Cardinalis Schwarzenberg, Archiepiscopus Pragensis.

Fridericus, Archiepiscopus Olomucensis.

Andreas, Archiepiscopus Goritiensis.

Franciscus, Xav. Archiepiscopus Leopoliensis rit. lat.

Petrus Domnius, Archiepiscopus Jadrensis.

Josephus, Archiepiscopus Leopoliensis rit. ruth.

Joannes Rudolphus, Archiepiscopus Viennensis.

Gregorius, Archiepiscopus Leopoliensis rit. arm.

Franciscus Albertus, Archiepiscopus Salisburgensis.

Henricus, Episcopus Vratislaviensis.

Joannes Valerianus, Episcopus Budvicensis.

Josephus Aloisius, Episcopus Tarnoviensis.

Franciscus Josephus, Episcopus Linciensis.

Benedictus, Episcopus Tridentinus.

Joannes Josephus, Episcopus Vegliensis.

Marcus, Episcopus Spalatensis.

Vincentius, Episcopus Brixinensis.

Georgius, Episcopus Tergestinus et Justinopolitanus.

Valentinus, Episcopus Gurcensis.

Antonius, Episcopus Amathuntinus i. p. i., Vicarius apostolicus Cracoviensis.

Jacobus Maximilianus, Episcopus Lavantinus.

Joannes, Episcopus Rhagusinus.

Joannes Nepomucenus, Episcopus Europensis i. p. i., Auxiliaris Brixinensis.

Augustinus Paulus, Episcopus Litomericensis.

Joannes, Episcopus Secoviensis.

Georgius, Episcopus Catharensis.

Mathias, Episcopus Premisliensis rit. lat.

Carolus, Episcopus Brunensis.

Carolus Franciscus, Episcopus Joppensis i. p. i., Auxiliaris Pragensis.

Casimirus, Episcopus Comanensis, i. p. i., Auxiliaris Macarscensis.

Joannes, Episcopus Premisliensis, rit. ruth.

Matthaeus Josephus, Episcopus St. Hippolyti.

Joannes Jacobus, Episcopus Thenedendis i. p. i., Auxiliaris Salisburgensis.

Joannes, Episcopus Adrensis i. p. i., Auxiliaris Tridentinus.

Josephus Joannes, Episcopus Reginae-Hradecensis.

Joannes Chrysostomus, Episcopus Labacensis.

Andreas, Episcopus Pharensis.

Antonius Josephus, Episcopus Sibenicensis.

Eduardus, Episcopus Alaliensis i. p. i., Auxiliaris Viennensis.

Dominicus Sillich, Vicarius Capitularis dioeceseos Parentino-Polensis s. v.

III.

Die hochlöbl. k. k. Statthalterei hat unterm 5. Mai l. J. Nr. 5963 Nachfolgendes anher eröffnet:

„Es ist zur Kenntniß des Herrn Ministers für Cultus und Unterricht gekommen, daß einzelne kirchliche Benefiziaten und Communitäten ihren Waldbesitz seit einiger Zeit stärker ausbeuten, als sich mit einer rationellen Forstwirthschaft und mit dem beschränkten Rechte des Nützungseigenthumes verträgt.

Der Herr Minister für Cultus und Unterricht hat hievon Anlaß genommen, darauf aufmerksam zu machen, daß ein solches Vorgehen der geistlichen Besitzer nicht allein nach den Forstgesetzen und forstpolizeilichen Vorschriften, sondern auch nach jenen Direktiven zu verantworten ist, welche für die Bewirthschaftung des Kirchenvermögens bestehen (Gesetz vom 7. Mai 1874 R. G. Bl. Nr. 50. § 38 ff.).

Hiernach ist kein geistlicher Besitzer berechtigt, eine Bewirthschaftungsweise einzuführen, durch welche der Genuß des Nachfolgers in der Pfründe oder dem Communitätsvermögen vermindert würde.

Nach diesem allgemeinen Grundsatz, sowie nach positiven Vorschriften (§§. 38, 49, 50 und 51 des Gesetzes vom 7. Mai 1874 R. G. Bl. Nr. 50) bedarf es zu jeder Aenderung in der Bewirthschaftungsmethode, insbesondere auch zu jeder Herabsetzung des Umtriebs-Turnus der Waldungen, auch wo diese nicht gegen das Forstgesetz vom 3. Dezember 1852 R. G. Bl. Nr. 250 verstößt, der Anzeige bei der Landesbehörde, und der Genehmigung derselben, oder der sonstdirektivmäßig hiezu kompetenten Instanz.“

Hievon werden die Kirchen- und Pfründen-Vorstehungen so wie die Vorsteher der kirchlichen Communitäten unter Hinweisung auf den h. ä. Erlaß ddo. 18. April 1865 Nr. 948 (enthalten im kirchl. Verordnungsblatte M. III. de a. 1865 Absatz I.) zur genauesten Darnachachtung in die Kenntniß gesetzt und die hochw. Herren Dechanten aufgefordert, der im §. 12 des obigen Ordinariats-Erlasses enthaltenen Weisung nachzukommen.

IV.

Der hochlöbl. k. k. steiermärkische Landes-Schulrath hat unterm 26. April l. J. Nr. 2491 den nachfolgenden an die Bezirksschulräthe gerichteten Erlaß anher mitgetheilt:

„Se. Excellenz der Herr Minister für Cultus und Unterricht fand mit h. Erlasse v. 3. d. M. J. 21094 anzuordnen, daß vom Beginne des Schuljahres 1877—78 an, in jeder Klasse der allgemeinen Volksschulen und der Bürgerschulen (bei der getheilten einklassigen Schule in jeder Gruppe) der Unterricht in der katholischen Religion wöchentlich in zwei Lehrstunden ertheilt werde.

Hievon wird der Bezirksschulrath mit dem Auftrage in die Kenntniß gesetzt, sämmtliche Schulleitungen von dieser Anordnung zu verständigen und sie anzuweisen, bei Entwerfung der Stundenpläne auf diese Anordnung Rücksicht zu nehmen und hiebei auch mit den betreffenden Religionslehrern Rücksprache zu nehmen.

Indem eine Abschrift dieses Erlasses gleichzeitig dem fürstbischöflichen Lavanter und dem Sekauer-Ordinariate mitgetheilt wird, wird beigelegt, daß die bevorstehende Anordnung des Herrn Ministers an jenen Volksschulen an denen das Schuljahr zu Ostern anfängt, mit dem Beginne des Schulunterrichtes nach den Hauptferien d. J. in Kraft zu treten habe.“

Hievon wird der hochw. Seelsorgs-Clerus unter Beziehung auf die im kirchl. Verordnungsblatte VI. de a. 1874 Absatz II. enthaltene Verordnung des h. k. k. Ministeriums für Cultus und Unterricht vom 18. Mai 1874, J. 6549 in die Kenntniß gesetzt.

V.

Kundmachung des k. k. Statthalters in Steiermark vom 15. Mai 1877, betreffend das Pöllerschießen bei festlichen Gelegenheiten.

(Landesgesetz- und Verordnungsblatt für das Herzogthum Steiermark. XI. Stück, Jahrgang 1877.)

Die Wahrnehmung, daß auf dem Lande das Pöllerschießen bei festlichen Gelegenheiten noch immer und zwar oft in einer sowohl für die persönliche Sicherheit der beim Abfeuern der Pöller theilgenommenen Personen gefährlichen, als auch für die Bewohner des Ortes nachtheiligen Weise betrieben wird, veranlaßt mich, die bestehenden Vorschriften über das Schießen mit Pöllern, welche in der Gubernial-Circulare vom 8. Juli 1785, dem mit Gubernial-Verordnung vom 6. März 1811 kundgemachten Hofkanzleibefehle vom 14. Februar 1811 und der Gubernial-Verordnung vom 18. Jänner 1825, Z. 1271 (Provincial-Gesetz-Sammlung Band 7) enthalten und mit den Statthalterei-Erlässen vom 14. Juni 1854, Z. 211 präs., und 9. Februar 1858, Landes-Gesetz- und Verordnungsblatt Nr. 4, theilweise republizirt worden sind, in der nachstehenden Zusammenfassung neuerlich in Erinnerung zu bringen und deren Befolgung einzuschärfen:

1. Das Pöllerschießen ist ohne Unterschied der Festlichkeiten, bei welchen es beabsichtigt wird, nur mit Vorwissen und Bewilligung des Gemeinde-Vorstehers auf einem von demselben zu bestimmenden Plage und unter Leitung eines von dem Gemeinde-Vorsteher zur Beaufsichtigung abgeordneten Mannes zulässig.
2. Zur Verwendung dürfen nur solche Pöller gelangen, welche mit dem vorschriftsmäßigen Meisterzeichen versehen, mittelst Doppelladung gehörig erprobt worden sind und die man ohne Gefahr laden und abfeuern kann.
3. Derjenige Gewerbsmann, welcher einen Pöller ohne Meisterzeichen verkauft, macht sich dadurch straffällig.
4. Zum Laden und Abfeuern der Pöller dürfen nur solche Individuen verwendet werden, welche der diesfälligen Manipulation ganz kundig sind, und ist hiebei alle nur mögliche Vorsicht zu beobachten, um weder das Leben, noch das Eigenthum eines Menschen einer Gefahr auszusetzen.
5. Uebertretungen dieser Bestimmungen, deren Handhabung nach § 24, Zahl 2, und § 52 der Gemeinde-Ordnung jetzt den Gemeinde-Vorstehern zusteht, sind nach § 54 der Gemeinde-Ordnung unter Anwendung der Ministerial-Verordnung vom 30. September 1857, N.-G.-B. 198 mit Geldstrafen von 1 bis 100 Gulden oder mit Arrest bis zu 14 Tagen zu ahnden.

Für den k. k. Statthalter:

Der k. k. Hofrath:

Kallina m. p.

VI.

Der Hochwürdigste Seelsorgsklerus wird auf das von einem Lavanter Diözesan-Priester verfaßte beim hiesigen Buchbinder Anton Novak zu beziehende Gebetbüchlein: „Spomin na sv. birmo“, aufmerksam gemacht. Es hat zwei Theile; der erste enthält: I. Poduk za birmancee. II. Pobožnosti v čas Boga sv. Duha; der zweite: I. Vsakdanje pobožnosti. II. Pobožnost za svete nedelje in praznike. III. Spovedne in obhajilne molitve. IV. Venček pobožnih molitev.

Dieses Büchlein, mit der Ordinariats-Approbation versehen, im gefälligen Format und nett ausgestattet, eignet sich bestens als eine Firmungsgabe und verdient eine wie möglich große Verbreitung.

VII.

Im Verlage des kath. Büchervereines zu Salzburg ist im v. J. eine Broschüre erschienen, betitelt: „Kurze Anweisung über die Erzbruderschaft des hl. Stapulirs u. L. Frau vom Berge Karmel“, welche ein Parthien zu 100 Exempl. à 3 fl. 50 kr. einzeln aber à 4 kr. gegen Einsendung des Betrages allort bezogen werden kann, und den Herren Seelsorgern im Interesse der guten Leitung dieser auch in unserer Diöcese sehr verbreiteten Bruderschaft bestens empfohlen wird.

VIII.

Diöcesan-Nachrichten.

Der hochw. Herr Dr. Josef Mursec, emert. Religionsprofessor an der st. st. Ober-Realschule in Graz wurde zum f. b. Lavanter geistl. Rath ernannt. — Dem derzeitigen Pfarrer zu Ober- St. Kunigund, Herrn Mathias Wurzer ist die Pfarre zur heil. Maria in Raß verliehen worden.

Uebersetzt wurden die Herren Kaplanne:

Johann Vrabel nach Pöltschach; Josef Ulénik nach St. Kaveri bei Oberburg; Alois Šijanec nach Monsberg; Vinzenz Kolar nach Maria Schnee am Wölling; Johann Jakopina nach Artič; Anton Potočnik als II. nach Altenmarkt; Josef Sattler nach Frauheim; Johann Kuncce nach St. Lorenzen am Draufelbe; Mathias Kelemina nach St. Leonhard in B. B.; Anton Suhač jun. nach Großsonntag; Heinrich Verk nach Peisenstein; Franz Jan nach Kopreinitz und Valentin Tamše nach St. Veit bei Ponikl.

In den zeitweiligen Defizientenstand trat:

Herr Franz Pignar, Kaplan zu Frauheim.

Gestorben ist:

P. Jakob Ornik, Minoriten-Ordenspriester, prov. Pfarrvikar zu St. Veit bei Pettau am 18. April l. J.

Ausgeschrieben ist:

Zum zweiten Male die Pfarre St. Valentin in Süssenheim bis zum 18. Juli d. J.

J. B. Lavanter Ordinariat zu Marburg,

am 30. Juni 1877.

Jakob Maximilian,
Fürstbischof.